

Haud talis *Dux* est *HERTZOGIUS* Ille *Magister*,
In quo vix *Momus*, quæ reprehendat, habet,
Nempè *DEI* servum, sectatoremq; fidelem,
Ductoremq; *Sacri*, se probat esse *Gregis*,
Quis nescit, *Præcepta Decem*, quæ scripta *JEHOVÆ*
Sunt digito, quantis vocibus explicuit?
Nec tantum explicuit, sed *Posteritatis* ad usum
Proposuit *variis* effigiare *Tomis*.
E quibus in *dias* iterum exit *Tertius* auras,
Qui *Patris* & *Matris* jusq; decusq; probat.
Ingens materies! nec inutilis hisce diebus,
In quibus *improbitas* *seditiosa* viget.
Spes abblauditur *Nobis* sat opima, futurum
Utq; multi hinc sapiant, *NUMINE* dante, mali;
Utq; brevi *reliquos*, doceant qui plura, queamus
Volvere, *multiplici* commoditate, *Tomos!*

LMq; scribeb.

Tob. Hauschkonius, T. B.



Die